

## Universitätsbibliothek Paderborn

## Liber De Prvdentia Ivstorvm

Juan <de Jesús Maria>
Coloniae Agrippinae, MDCXIV

Cap. XXI. Hortatur ad orationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46940

pestas tribulationum demersit me. Vt quidergo parcè mihi seruire, & non potius, qua retro sunt, obliuiscentes, ad anteriora vos extendere certatis? Contemute parua, & mediocria, milites mei, & scuto sidei, galea que salue tis armati, per infamiam, & bonam famam, per aduersa, & prospera, à dextris, & à sinistris, ad magnos honores, & coronas immortales dimicate. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut, & ego vici, & sedeo cum Altissimo Patre meo.

## CAP. XXI.

Hortatur ad orationem.

St victoriam vitiorum, & passionum desideratis, silij mei; si ascensiones in corde disponere, & ad cor altum accedere optatis corda sursum erigite, & orationis studio magnam diei partem consecrate. Ego enim diligo portas Sion, vbi exercetur cælestis conuersatio, qua nihil est in terris amabilius. Ibi spirat suaussima virtutum fragrantia, quæ

quæ est sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Ibi flat aura lenis, quæ àmundi, & carnis æstu corda refrigerat. Ibi purissima lux mea sedentes in tenebris exhilarat. Ibi oleum lætitiæ participes meos inungit, & ad luctam, fiue militiam vitæ disponit. Ibi repletur adipe anima sponsa mea, & aperiuntur labia exultationis, ad laudandum magnum nomen meum. Ibi salit sicut ceruus claudus, & soluitur lingua mutorum, quia scissa sunt aqua in deserto, & torrentes in solitudine: & anima, quæ erat arida, vertitur in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. Ibi communico humilibus corde secreta mea, & lacto mansuetos, & pauperculos ipsis vberibus ineffabilis consolationis mex. Ibi ego impero ventis, & mari, cuius procellis mites corde turbantur, & fit tranquillitàs magna, fimillima Cælo sereno. Ibi ad præceptum meum omnesbestiæ syluæ congregantur, oriente sole, & collocantur in cubilibus suis. Ibi anima videt, & affluit, & miratur, & dilatatur præ magnitudine inestimabilis letitie mee

t

n

5?

10

m

X-

S,

11

0-

m

m

es

LC-

8

em

Si-

10,

lbi

12,

uæ

Ibi patet fos domui Dauid amici mei, vebibanta me fote viuo intima gaudia mea.lbi ministratur frumentum electorum, & vinum germinans Virgines, mihi sponso suo, in chalamo meo, castissime adhærentes. Ibi pluit manna de Czlo ferens secum omne delectamentum, quo casta corda fruuntur. Ibi altaria cordium mihifumant, & dirigitur ad me oratio pura, quasi sacrisicium vespertinum, in odorem suauissmum, quo quiescit ira mea, que conera peccatores exardescit. Ibi denique exercetur liberalissimus, & benefaciendi cupidissimus amor meus. Discite ergo filij mei, sapientiam hancomnium bonorum genitricem: & doctrinas hominum, præ huius amore contemnite. Hæc sit prudentia, & pretiosissima eruditio vestra, multis laboribus, & conflictibus comparanda. Abijcite negotia sæculi, pro dulcissima parte otij huius: & quidquid animam ab eo diuertit, (quantum per vos fieri poterit) exhorrescite. Ne sequamini consilia filiorum huius sæculi, qui inter mundi curas innumerabiles, spiritum opprimunt munt, ne ad me respirare possit. Væillis, quam stulte agunt, quam grauiter sibi nocent, quantis opibus, & solatijs seipsos priuant, quam inhumane me solum relinquunt. Felices isli, quorum hæreditas melle dulcior conuersatio mea est, & omne opus corum oratio. Hæc sit, dulcissimi silij, hæreditas vestra: & in abscondito amplectar vos, quasi sidelissimos amicos meos.

## CAP. XXII. Hortatur ad perseuerantiam:

Onne perseuerantia inanc est, com ad aternitatem non proficiat. Propte-rea, cum essem apud vos, perseuerantiam sepe predicaui, cum scirem, eos qui mittunt manum ad aratrum, & respiciunt retro, non peruenturos ad coronam. Vtinam caperetis verbum hoc, & vsquè ad vita sinem, in vijs instituama bularetis. Frustra enim benè capistis, si in media via desiciatis. Mirùm est, quata sit hominum stultitia, qui cùm è seruitute Pharaonis liberati, & per desertum mortalis vita, serè ad por-

E 3

tas ter-

113

e-

i-

0,

112

bi

ri-

fi-

if-

110

ue ci-

ite

ni-

125

m-

ffi-

us,

ite

0-

di-

rit)

ıfi-

ndi

ri-

ate